



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

3. Legatus de latere, an præstare possit exemptis autoritatem alienandi.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

eo multa posse ut inque adduci suadendum consilienti ut procurer alienationem ratificari per superiorum immediatum Abbatem qui facile id faciet rogante Abbatem &c. conveniu qui alienationem praestata fecerunt & quod etiam faciant eam ratificari per Episcopum in cuius Episcopatu res est sua ad informationem prædictorum ag. Doctorum Panorm. d. cap. 1. de his que sunt à Prælato Card. d. Clem. 1. quæst. 35 & 37 & alio cum cap. nulli cod. tit. & cap. sine exceptione 12. quæst. 2. potest etiam impetrare consulere confirmationem à Sede Apostolica qui si fuerit in forma communis patrum proderit si autem per commissionem cum causa cognitis non omnihil tardij & sumptus adseret, ita ille.

## QVÆSTIO III.

Legatus de latere an praestare possit exemptis autoritatem alienandi.

## SUMMARIUM.

- 1. Responsio cum distinctione.
- 2. Hactenus dicta temperanda nisi aliter
- 3. Privilegium minorum.
- 4. Privilegium Prædicatorum.
- 5. Privilegium Augustiniensium.
- speciali privilegio disponatur.

Distinguendum est, velut in quæstione prima inter exemptos immediate Pontifici subiectos & exemptos alteri inferiori Prælato subiectos Prioribus dare non potest, posterioribus vero potest. Spec. tit. de dispensatione §. consequenter num. 5. vers. ceterum & n. 6. & seq. Abb. cap. tua nos n. 10. de Ecclesiis adiunctu ubi in termino. Ratio est quia in his quæ Pontifex sibi specialiter reservavit nihil disponere potest cap. quod translationem de offic. legati abb. d. n. 10 dixi late supra li. 2. quæst. 5. n. 12. Redoam tract. de reb. Eccles. non alien qu. 55 n. 2. atqui reservavit sibi Pontifex absolutionem à iuramento non alienandi per exemptos praestito vide Spec. de legato §. n. 6. n. 10. n. 11. n. 12. n. 13. n. 14. n. 15. n. 16. n. 17. n. 18. n. 19. n. 20. n. 21. n. 22. n. 23. n. 24. quando dubitatur & n. 25. i. um seq. & d. tit. de dispensatione §. consequenter n. 5. & 6. dixi supra q. 1. conclus. 2. Redoam d. q. 55 num. 37. & 38. In exemptis qui immediate subiecti non sunt Pontificali est ratio. Nam legatus concurredit in jurisdictione ordinarii sive illi sit Abbas sive Episcopus sive Archiepiscopus sive Patriarcha ad instar Procuratulis seu Præsidis Provincie cuius quasi vicem gerere censetur arg. 1. si in aliam § fin. ff. de offic. præsid. ex omnibus, & l. seq. 1. sed. hanc spec. de legato §. nunc ostendendum n. 53. & 64 Abb. d. n. 10.

Unde eo calta auctoritatem praestare potest immo etiam à iuramento absolvere quæde propter alicui Prælato præstum fuisset cap. venientes de iure iurand. Spec. de dispensatione §. consequenter n. 6. Abb. d. cap. tua nos n. 10. etiam si Prælatus cui iuratum est sit

est si alterius Provincie aut intuitu seu contemplatione non praeturate sed persona suratum sit qua de re vide brevitatis causa speculatorum exemplificantem & Abbatem d. tit. de dispens. §. consequenter n. 6. & 7. & Abb. d. c. et nos n. 10. Redoanus d. q. 55. n. 38. quem vide.

Porro, haec tenus dicta obtinent nisi speciali privilegio aliter dispositum reperiatur quod ideo dico quia Leo 10. anno 1529 fratribus minoritis regularis obseruantia & monialibus S. Clarae dedit potestatem alienandi permutare bona immobilia de consensu duarum partium conventus ad quem ea spectant & de consensu maioris partis ea locandi ultra triennium, modo tamen id cedar in utilitatem monasterij, idque non obstantibus etiam testamentis, &c. intuper dedit eisdem potestatem retractandi locationes factas in praedictorum iporum Passarellus in collect. priuilegior. fol. 80. Capuccinus in annos. ad priuilegia frarum minorum, &c. verb. alienatio. Non secus quam dispositione Concilij Trid. locationes factas in praedictum successorum revocari possunt Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. de Refor.

Similiter, Clemens anno 1531 generali ordinio. Prædicatorum per Italiam dedit ampliæ potestatem, qua de revideri poterit, constitutio defuper edita in libro privilegiorum ordinis Prædicatorum à Reverendissimo Stephano 7. Collectorum folio 204. de quo etiam meminit Capuccinus loco iam allegato.

Præterea, à Gregorio 13. concessum fuit fratribus & Monialibus ordinis Eremitum S. Augustini const. 9. dum de Vbeios in Bullario anno 1572. ultra supra dicta ut in Empiteusim concedere possint usque ad duas generationes crita autoritatem Summi Pontificis antecedente tamen consensu Generalis Capuccinus ubi supra.

Denique, propter extravagantem Pauli 2. Ambitiose de Rebus Ecclesiæ non alienand. per quam alienatio Ecclesiasticorum & bonorum. locatio ultra triennium prohibetur in consulo Pontifice, que an sit usus recepta multi dubitarunt. Late Redoanus de Rebus Eccles. non alien. quæst. 35. 36. & seqq. Navarr. in Man. cap. 27. num. 1. 49. Eu-  
mus in aurea armilla. verb. licentia n. 5.

## QVÆSTIO IV:

Electiōnum iura ordinaria an vigeant in exemptis,

## SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| 2. Lex generaliter loquens comprehendit personas privilegiatas. | 3. Abbates vero elegi debent.                    |
| 2. Episcopi ad aliam Ecclesiā non elegi sed postulari debent.   | 4. Differentia inter postulationem & electionem. |

Utrumque